



Geschichte der geistlichen Stiftungen, der adlichen Familien, so wie der Städte und Burgen der Mark Brandenburg

[Urkunden-Sammlung für die Orts- und spezielle Landesgeschichte]

Riedel, Adolph Friedrich

Berlin, 1857

III. Markgraf Otto erneuet die der Stadt Köpnick von seinem Bruder Ludwig d. A. am 2. Juli 1325 ertheilte Bestätigung, am 27. Oktober 1368.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-54734](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-54734)

II. Markgraf Ludwig bestätigt die Stadt Köpnic, am 2. Juli 1325.

Ludwicus, dei gracia Brandenburgensis et Lufacie Marchio, sacri Romani Imperii Archicamerarius, Comes palatinus Rheni et Bawarie dux, fidelibus suis dilectis Burgenfibus in Coppenik presentibus et futuris graciā suam et omne bonum. Nostrum animum ad hec vestra trahit fidelitas, quod circa ea, que quietem vestram et commodum conspiciunt, debeamus frequenti cogitatu ex misericordiis intimis occupari. Denotis igitur vestris requisitionibus fauorabiliter inclinati vniuersitati uestre et Ciuitatis nostre predictae Jura, libertates, proprietates, possessiones, donationes, approbatas consuetudines atque emunitates, quibus vos et Ciuitatem quondam domini Marchiones Brandenburgenses bone memorie adornarunt, Insuper omnia Priuilegia, litteras et Instrumenta, vobis et dicte Ciuitati super predictis Juribus, libertatibus, proprietatibus, possessionibus, donacionibus, graciis atque emunitatibus, necnon super quibuscunque contractibus aliis cuiuscunque tenoris existant, per dictos nostros antecessores notabiliter concessa et indulta approbamus, ratificamus, necnon presentis pagine patrocinio sollempniter confirmamus. Nulli ergo hominum liceat hanc nostre Inno- uacionis seu confirmacionis paginam sub obtentu gracie nostre aliquialiter contraire. In premissorum omnium sigillum nostrum auctenticum presentibus euidentiam est appensum. Testes Guntherus comes de Lindow, Johannes de Vröyden, Ericus de wulkow, Buffo de Milow, milites nostri, cum ceteris pluribus fidedignis. Datum Berlin in nostra presencia per manum Her- manni de Luchow, Anno domini M^o CCC^o XXV^o, die beatorum Processi et Martiniani.

Aus einem Transsumt vom J. 1368.

III. Markgraf Otto erneuet die der Stadt Köpnic von seinem Bruder Ludwig d. A. am 2. Juli 1325 erteilte Bestätigung, am 27. October 1368.

Nos otto, dei gracia marchio Brandenburgensis, sacri Romani Imperii Archicamera- rius, Comes palatinus Rheni et Bawarie dux, Recognoscimus coram vniuersis tenorem presencium in- specturis, quod vidimus has Illustris principis Ludwici senioris, quondam Marchionis, Brandenburgensis, fratris nostri recolende memorie, quarum tenor sequitur in hec verba (Inf. sunt Ludowici Mar- chionis litterae a. MCCCXXV No. II). Quas quidem litteras approbamus, ratificamus, gratificamus et tenore presencium sollempniter confirmamus. In cuius euidentiam sigillum nostrum maius duxi- mus presentibus appendendum Testantibus Reuerendo in cristo patre domino Petro Episcopo Lubucensi, Nobile Alberto Comite in Lindow et domino Johanne de Rochow cum ce- teris pluribus fide dignis. Datum Berlin, anno domini millesimo Trecentesimo sexagesimo octauo, in vigilia beatorum Simonis et Jude apostolorum.

Nach dem Originale.